



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quid sit Ecclesia. Cap. i.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMA- ciensis Episcopi, de Ecclesiis, De- cretorum Liber III.

ARGUMENTVM LIBRI.

Liber hic de diuinarum domorum institutione, cultu & honore, de decimis & oblationibus, deq; iustitiis singulorum tractat: quiq; libri in sacro catalogo recepti, qui reiecti & apocryphi sint, ostendit.

Quid sit Ecclesia. Cap. I.

*Ex decre.
Iulij pa-
pa, cap. 5.*

Ecclēsia Græcum est, quod in Latinum vertitur conuocatio, propterea quod omnes ad se vocet. Catholica, id est, vniuersalis, ideo dicitur: quia per vniuersum mundum est constituta, vel quoniam catholica, hoc est, generalis in eadem doctrina est ad instructionem.

De primitiua Ecclesia. Cap. II.

*Ex decre.
Melchia.
papa. ca.
8.*

Nemo, qui scripturas diuinas legit, ignorat, quod in principio nascentis Ecclesiæ, discipuli in vnum congregati sunt cum multitudine credentium, in quibus erat cor vnum & anima vna, quiq; vendentes prædia & possessiones suas, adferebāt precia, & diuidebatur singulis prout cuiq; opus erat. Futuram namq; Ecclesiam in gentibus apostoli præuidebant, maximèq; quia dominus illis prædixerat: Euntes in mundū vniuersum prædicate Euangelium, vel quia expellendos esse à Iudæa nouerant se & in gentibus dispergendos, Ecclesiámque congregandam et rudi populo, idcirco prædia in Iudæa minimè sunt adepti, sed precia tantummodo ad fouendos egētes. At verò, cum inter turbines & aduersa mūdi succresceret Ecclesia: adeo usq; peruenit, vt non solum gentes, sed etiā Romani prin-